

JUSTINI FEBRONII Jcti
DE
STATU ECCLESIAE
ET
LEGITIMA POTESTATE
ROMANI PONTIFICIS
LIBER SINGULARIS,
AD
REUNIENDOS DISSIDENTES
IN RELIGIONE CHRISTIANOS
COMPOSITUS.

TOMUS QUARTUS
ULTERIORES OPERIS VINDICIAS CONTINENS,
PARS PRIMA.

Complectens Priores quinque Dissertationes, in quibus agitur: (1.) De Opere
Febroniano: (2.) de Forma Regiminis Ecclesiastici a Christo Domino con-
stituta: (3.) de Episcopatu: (4.) de Romano Pontificis Primatu: (5.)
De Causis majoribus praesertim fidei.

EDITIO VARIIS MENDIS EXPURGATA, & SUIS QUIBUSQUE LOCIS
ADDITIONIBUS LOCUPLETATA.

BULLIONI MDCCLXXIX.
APUD EVERARDUM,






NOVA DEFENSIO
JUSTINI FEBRONII JCti
ADVERSUS
FRANCISCI ANTONII ZACCARIA S. J.
ANTIFEBBRONIUM VINDICATUM,
ET ALIA RECENTIORUM OPERA,



LECTORI.

DUM renovatæ pro Romanis prætensionibus Patris Zaccaria instantiæ, & aliorum Scriptorum novæ adversus Febronium lucubrationes, nos pro defensione Libertatis Ecclesiasticæ ad pugnam revocant, audio nonnullos dicentes: Ut quid tanto æstu de præeminentia Pontificis & Conciliorum disputatur, quandoquidem nemo ignorat, utrique reverentiam deberi & obedientiam. Attamen plurimum refert hanc quæstionem à genuinis principiis deduci, & ex solidis fundamentis defini; siquidem à justa ejus resolutione omnes reliquæ ad Regimen Ecclesiæ pertinentes dependant. Etenim si Papa ponatur supra Concilium, datur ei illimitata potestas; constituitur Ecclesiæ absolutus Dominus & Monarcha; evertitur necessitas & auctoritas Conciliorum, illorum decisiones & harum vigor à voluntate & ab imperio Pontificis penitus dependebunt; eas ille



DISSERTATIO I.

DE OPERE FEBRONIANO

CAPUT I.

*De Scriptoribus, quibus Febronius usus est. Eorum
justa Defensio a calumniis P. Zaccariæ.*

I.

Uando ex una parte video, a Patre Zaccaria in suo Antifebronio Vindicato Tom. I. pag. 3. de Febronii Libro dici, *nullum à multo tempore extitisse eo fortunatiorem, cujus multa exemplorum millia per totam late Europam celerrime disseminata sunt:* atque altera ex parte intueor magnas sollicitudines mundanosque motus, quos idem liber & prompta ejus grataque in omnibus Catholicis Regnis atque Provinciis receptio Romæ causavit, quorum motuum idem Auctor a pag. 25. ad pag. 56. plura documenta profert; facile inducor, ut credam, illud systema Ecclesiastico-politicum, quo hodiernum Roma utitur, quodque Febronius dicto Libro oppugnavit, neque adeo

Tom. IV.

A

fir.